



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Conciliorvm Omnivm Generalivm Et Provincialivm Collectio Regia

Ab anno MCXVIII. ad annum MCLXXIX.

Parisiis, 1644

XII. Quod ecclesia vel cauea subter ipsam facta, nec emi potest, nec redimi.

urn:nbn:de:hbz:466:1-15588

CAP. XII.

Idem venerabili fratri R. & Vuigornensi episcopo, & dilecto filio priori de Panteia.

Querelam nobis monachorum de * Atra transmissam accepimus, quod cum ipsi * quondam mannium, quod dicitur Vella, cum pertinentiis suis, & ecclesiam de Gado-
num a monachis de * Gadonio sub annuo canone quindecim librarum fuissent adepti, & inde chartam ab ipsis monachis habuissent: quidam prior eorum, capitulo inconsulto, praescriptum mannium & ecclesiam & chartam, de * Gadonio accepta persona, resignavit, indeque praefati monachi de * Atra conqueruntur se iniuste grauatos, & nobis imminet corrigendum, si quid minus quam rationabiliter attentatur; causam ipsam experientiae vestrae committimus, praesentium vobis auctoritate mandantes, quatenus partibus ante praesentiam vestram conuocatis, quae hinc inde proposita fuerint diligentius audiatis, & praedictam causam, sublato appellationis remedio, concordia vel iudicio terminetis, prouisuri, quod sicut eminon potuerunt iura, etiam nec redimi. Si vero monachi de * Gadonio legitime citati ad praesentiam vestram accedere & iudicio stare contempserint: vos praedictos monachos de * Atra, in possessionem eorum de quibus controversia vertitur, occasione & appellatione cessante, inducere festinetis, nec ipsos exinde permittatis absque ordine iudiciario molestari. Si vero vterque vestrum his exequendis interesse non poterit, alter nihilo minus ea exequatur.

16. Quest. 7.
Decimas. 1.
quest. 3.
Questum.

CAP. XIII. *Idem Toletano archiepiscopo.*

De hoc quod rex & principes sui a Bernardo quondam * Certomenfi episcopo pecuniam accepisse dicuntur, ut eius electioni praestarent assensum, & quod idem episcopus archidiacono * Seuiensi beneficium certi redditus, & cuidam clerico ante electionem suam prioratum dicitur promississe, ut vterque eorum, archidiaconus videlicet & clericus, eius electioni consentirent: hoc tuae paternitati duximus respondendum, quod si operis euidentia manifesta aestimatur, ita quod notorium est, eundem archi-